



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De poena sculteti de Kolmer, qui missus est in Vulcanum, cap. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

*De mōte  
Vulcano.*

**T**empore quodam Sueuis quibusdam peregrinationis gratia profectis Ierosolymam, cum in reditu nauigarēt iuxta montē Vulcanū, cuius perpetua sunt incedia, voces huiusmodi de illo resonauerunt; Bene veniat, bene veniat amicus noster Schultetus de Kolmere, frigus est, ignē ei copiosū pręparare. Illi personam cognoscentes, diem & horam nonauerunt, & cum ad propria rediissent, eundem Schultetum, die & hora eadem, defunctum reppererunt. Tunc accersentes eius vxorem quid audierint indicaerunt. Quibus illa respondit: Si sic res se habent, dignum est vt illi succurrat: moxque omnib<sup>9</sup> relictis, loca circuiuit Sanctorum, eleēmofynis & orationibus pro anima illius Deo supplicando.

## CAPVT VIII.

**A**lio tempore quidam Flamingi, cum mare transirent, de eodem monte Vulcano vocem huiusmodi audierunt; Bonus amicus noster Sewardus hęc venit, suscipite illum: qui cum multo stridore missus est in Vulcanum: nam & ipse schultetus fuerat in Leggenich. Illi notantes tempus & nomen personę, reuersi villam iam dictam intrauerunt, & cum de schulteto requirerent, eum eadem die & hora, qua vocem audierint in mari, obiisse reppererunt: nam & ipse homo pessimus erat, sicut & superior.

## CAPVT IX.

**S**imile est quod sequitur. Cum tempore quodam Conradus sacerdos de Rinkassel, cum alijs prouincię nostrę peregrinis, mare transiret, ante se dictum Vulcanū, vox talis in eo audita est; Hęc venit Bruno de Flittirt, suscipite illum. Quę vox cum ab omnibus fuisset audita, ait prędictus sacerdos confratribus; Testes estis vos omnes huius vocis, & statim notauit in tabula eis pręsentibus diem & horam, dicens; Reuera dominus Bruno mortuus est. Cum verò redirent Ierosolymam, obuios habuerunt quosdam peregrinos prouincię suę, quos tunc interrogasset de  
statu